

PONTIFICIA COMMISSIO CENTRALIS  
PRAEPARATORIA CONCILII VATICANI II.

SCHEMA DECRETI

DE RATIONIBUS INTER EPISCOPOS ET PAROCHOS.

PLACET : Omnes pastores et fideles intelligere paroeciam esse institutionem vel necessariam oportet, cui nulla alia in Ecclesia substituere potest, teste saeculorum decursu. Ubique terrarum, experientia docet spiritualem salutem animarum ab illa maxime pendere; propterea multum interest ut officium paroeciale idoneus pastor semper exerceat, ad quem finem assequendum, decet ut episcopis tribuantur ampliores iuridicae facultates eos nominandi, transferendi et amovendi.

**PATRIMONIO UC**  
Strictissimum vinculum inter episcopum patrem et parochos, cooperatores eiusque carissimos filios esse debet ad rite pastorale munus adimplendum.-

Tandem episcopum eos libere in gravioribus dioeceseis negotiis consulere oportet, eo quod, eorum experientia pastorali et sententia multum adiuvare potest in bonum fidelium.-

A l a p h r i d u s   S i l v a   S a n t i a g o .  
Archiepiscopus   Ssmae.   Conceptionis.